

parallelo fuscis. Mesosternum ochraceum. Segmentum genitale maris virescenti-ochraceum. Pedes femoribus dilute virescentibus, colore flavescente immixta, tibiis virescenti-albis, nigro-spinulosis, tarsis testaceis, apicibus tiliarum dimidioque apicali articuli ultimi tarsorum fuscis.

*Tuponia Tamaricis* PERR., pag. 19; *adde: Hab.* etiam in Transcaucasia (Tiflis), sec. D. D:r v. HORWATH.

*Tuponia prasina* FIEB., pag. 23. Nonnulla specimina ex Hungaria superiore in *Tamarice germanica* a D:ro D:re v. HORWATH lecta cum specimine typico e *Sarepta* congruunt; etiam unicum exemplum in Galizia captum D. v. HORWATH misit.

*Obs T. prasina* FIEB., pag. 23, *T. concinna* REUT., pag. 24, et *T. unicolor* SCOTT, pag. 26, species sunt aegerrime discernendae. Sub nomine *T. prasina* verisimiliter duas vel tres species descripsi. Specimen typicum habet antennarum maris articulum secundum latitudine pronoti basi vix vel paullulum breviorum\*), quartum tertio circiter  $\frac{2}{5}$  breviorum, tertium quartumque conjunctim secundo paullulum longiores. Long. ♂  $2\frac{1}{2}$ , ♀  $2\frac{1}{3}$  mm. Punctae tiliarum ad bases spinularum interdum vix distinguendae. (*Sarepta*, Hungaria superior). — Specimina ex Astrachan a D. JAKOVLEFF communicata multo minora sunt, habent antennarum maris articulum secundum pronoti latitudine postica circiter  $\frac{1}{4}$  breviorum\*\*), quartum tertio  $\frac{3}{7}$  — fere duplo breviorum articulosque tertium et quartum conjunctim secundo distinctius longiores. Long. ♂ ♀  $1\frac{2}{3}$  mm. — Specimina turkestanica a D. FEDTSCHENKO lecta typico majora sunt, divergunt praesertim punctis ad bases spinarum sat magnis, optime distinguendis. Long. ♂  $2\frac{4}{5}$ , ♀  $2\frac{1}{2}$  mm. (Var. *punctipes* REUT.). Speciminibus pluribus comparatis et examinatis, revisio *T. prasinae*, *concinnae* et *unicoloris* edenda est. — In descriptione *T. unicoloris* SCOTT pag. 26, lin. 6, infra, antennarum articuli ultimi false descripti sunt; illi articuli nempe in specimine descripto nimis mutilati.

*Auchenocrepis Reuteri* JAKOVL., pag. 41, *adde: Hab.* in *Tamarice*, sec. D. OSCHANIN in litt.; Graecia (Peloponnesos!), D. D:r KRUEPER; Caucasus (Baku!), D. FAUST; Persia, D. D:r SIGNORET.

*Campylomma Verbasci* H. SCH., p. 54, *adde: Hab.* etiam in *Solano*, sec. D. Prof. FREY-GESSNER.

*Campylomma lucida* JAKOVL. Descriptio pag. 54 *deletur*; marem et feminam hujus speciei D. JAKOVLEFF sub nomine *C. viridula* ex Astrachan misit; *C. lucida* (sec. specimen typicum) tantum femina hujus post mortem pallida et flavescens certe est. Loco descriptionis pag. 54, *lege*:

### *Campylomma lucida* JAKOVL.

*Diagnosis:* Dilute virescens, supra nigro-pilosa, subtilissime pallide flavescenti-pubescens et adhuc pilis flavis vel fere aureis hic illic intermixtis; clypeo concolore; oculis nigro-fuscis, sat granulatis; maris mesosterno antennis-

\*) et capitis latitudine postica saltem  $\frac{1}{3}$  longiorum.

\*\*) et capitis latitudine postica haud vel vix longiorum.